

omniū. Te uidelicet Aeschines thebanorū angit casus? corūq; te miseret? qui possessio[n]es & bona habes: ipsorūq; agros colis. Ego uero gaudeo qui confessum postulatus sum ab eo qui ista perfecit. Sed in eiusmodi uerba incidi: quæ paulopost fortasse magis conuenient. Itaq; redeo ad id quod in cœperam ostendere. Horum scelera atq; corruptelas p[re]sentium malorū causam fuisse. Nā uobis per huiuscemodi hoīes qui in legationibus corrupti: nihil sani renūciabant: decæptis. Decæptis etiā miseriis Phocensibus: corūq; urbibus eversis: statim factum ē: ut detestabiles theſali: & amentes thebani: amicum: patronum: & bene de se meritum philippū nūcuparent: omniaq; in illo uno ponerent: nec uocem cuiusq; audirent: qui contra monere uellet. Vos aut̄ hæc infipientes (q[ui]q[ue] grauiter ferret) pacē nihil minus seruabatis. Soli enim nihil facere posse uidebamini. Et cæteri græci codem modo ipsi quoq; decæpti: & spe illorum quæ crediderat destituti: pacem itidem libenter agebant iā antea quodāmodo a philippo supati. Nam qum Illyrios & Triuallos: & nōnullos etiam græcorum subegit philippus: & ingentes copias sibi parauit: & quidam ex ciuitatibus græciae sub pacis licentia illū adeuntes (quorum iste unus fuit) corrūpebantur: tunc omnes contra quos ista p[re]parabat oppugnabant. Q[uod]d si neq[ue] intelligebat: alius hic ē sermo: nec ad me quidē attinet. Nam ego prædixi & protestatus sum & apud uos & apud o[ste]s: ad quos legatus sum missus: sed ciuitates ipsæ uariis morbis laborabant. Nam & ii qui répu.gerebant: pecunia erant corrupti & priuati ac multitudines partim non intelligebant: partim quotidiana quiete facilitateq; allecti: q[uod] bic ēt cōmunis morbus: nec tñ ullus putaret hoc malū sibi potissimū cumenturū: sed cæterorū piculis sua in tuto fore arbitrarentur tandem euenit ut populi ipsi ac multitudines pro breui quiete libertatem perderent. Principes uero qum alios uendere putarent: se ante omnes uenditos agnoscerent. nam pro hospitibus & amicis qui tunc noīabantur qum munera capiebant: assentatores & scelesti & cætera huiusmodi (quæadmodum decet) appellari se audiunt. Nemo enim pecuniam dando proditoris querit utilitatem: nec qum earum rerum quarum gratia pecuniam tradebat potitus ē: in cæteris rebus agendis proditoris consilio utitur (nihil enim proditore ēt felicius: sed non ē ita: non ē). At qum ille qui dominari quærebat: rem perfecit: ipsius quoq; proditoris dominus factus: ac improbitatem eius cognoscens: illum odit ac reiicit. Considerate enim (nam & si rerum ipsarum tépus præteriit: intelligendi tñ atq; cognoscēdi semper ē tempus sapienti) Eousq; Laschenes amicus philippi uocabatur: donec olynthū tradidit. Eousq; Timolaus: donec thebas euertit. Eousq; Eudicus: & Simus Larisei: quo uosq; thessali philippo subiecerunt. Sed postea expulsi atq; abiecti & summis incōmodis affecti: uniuersum orbem proditoribus impleuerunt. Quid Aristatus in Sycione: Quid perilaus in Megaris? nōne & ipsi eodem modo despecti? Ex quo manifeste intelligi potest: illum qui maxime patriam tuetur suā: & se istis plurimum opponit: eum esse qui uobis Aeschines proditoribus mercede corruptis præstat accipiendi pecuniā: facultatem & beneficio eoru qui uestris consiliis aduersantur: salutem simul ac lucrum retinetis. Nam quantum in uobis est: iam dudum perissetis. Ac de his quæ tunc gesta sunt (q[ui]q[ue] multa præterea dicere possem) finem facio: putans etiam plura q[ui] satis ē a me dicta fuisse. Cuius tamen rei iste causa ē: qui tanquā sentinam aliquam uitiorum suorum in me superuertit: quæ necesse fuit iuniorum causa refelli. Nam uobis cæteris fortasse tedio fui: quibus prius etiam quā uobis quicquam dicerem: nota fuerat huius mercenaria locatio. Quāquam ipse quidem amiciciam & hospitalitatem ipsam appellat: & nuper quodā loco ait: me hospitalitatem Alexadri tanquā p[ro]brum sibi obiicere. Ego tibi hospitalitatē Alexadri? Vnde? aut quō illā consecuto? nec te philippi hospitē: nec alexandri amicū nuncupare unquā? nō ita despicio. Nisi forte messores ac cæteri operarii qui pecunia conducūtur: amici atq; hospites nuncupandi sunt. Sed non ē ita: non ē. At te philippi primo & nunc Alexadri mercenarium appello: nec solum ego sed isti omnes: de quo si forte dubitas interrogas. Immo ipse ego id pro te faciam. Vtrū uobis o uiri athenienses uideāt: mercenari? an hospes Alexadri esset Aeschines? Audis quid respondent? Volo igitur iam ad ipsam accusationem proficiisci: & res a me gestas memorare: ut licet sciens Aeschines: audiat tamen: quānam illa sint: ob quæ is qui nunc decreti mihi sunt honores: ac etiam maioribus me dignum esse ducam. Recita mihi accusationem ipsam.

~~A~~ ~~C~~ ~~E~~ ~~S~~ ~~T~~ ~~O~~. Hæc sunt uiri athenienses: quæ accusator persequitur. Ego autem ab hoc ipso arbitror manifestum uobis faciendum: me ad omnia iuste responsurum esse: quod hunc ipsum sequens scripturæ ordinem: ad singula deinceps respondebo: nec quicq; eorum sponte mea præteribo. Quod igitur scripsit me uerbo & opere semper atheniensi populo pfuisse paratūq; esse benefacere: atq; ea de causa me ē laudandum. Horum examen in publicis rebus esse arbitror. His enim discussis: uera ne an falsa sint quæ Cthesiphon de me scripsit: apparebit. Quod uero non adiunxit: demum qum rationem publice administratorum reddiderim: tunc fore coronandum me q[ui]q[ue] in theatro coronationem faciendam esse censuit: pertinere & hoc puto ad ea quæ in republi-
gessi: an dignus sim corona: & theatrali præconio: nec ne? Leges etiam ostendendæ uidentur: per quas huic ea scribe re licuerit. Per hunc equidem modum uiri Athenienses iuste atq; recte accu-

Nam
Uobis
(da qui)